AD DEVM OMNIPOTENTEM PRO OMNIBVS CORPORIS atq; Animæ Beneficiis, DANIELIS HERMANNI Borussi GRATIARVM ACTIO:

Zu Gott dem Allmechtigen vor allerley Leibs vnnd der Seelen Wolthat/ Daniel Hermans Danckſagung.

In Lateiniſche vnd Deutſche Vers verfaſſet.

Gedruckt zu Riga/ durch Niclas Mollyn. Anno 1595.

25.

DEO VNI ET TRINO:
DEDICATIO.

SCriptorum Chorus optimis Patronis
Consuevit sua dedicare scripta,
A quibus capiat sui laboris
Fructum, præmiolumq; Dedicator.
Sanctæ individuæq; Trinitati,
Quæ Patrona meæ salutis una est,
Has grates ego dono. Pro labore
Quæ tu dona meo, Deus, rependes?
Si clemens mihi eris, Deus, meisq;
Peccatis veniam dabis, tuoq;
Me (cùm tempus erit) sinu repones,
Majora haud cupio obtinere dona.
Annus præterit, ut meæ salutis
Incertus fueram, Poëmaq; istud
Inceptum medio in labore liquit
Mens confecta mei dolore morbi.
Sumebam calamum manu, sed omnes
Vires ingenii fuêre fractæ,
Donec ipse Deus meamq; dextram
Rursus ingenium meumq; rexit.
Perfectum hunc igitur, Deus, laborem
Strenæ sume loco, novumq; fac ut
Nulla labe notatus exigam annum,
Et nunquam mea mens tibi repugnet.
Hoc sacrificium, Deus, tibi do:
Cor fractum offero, Spiritumq; mœstum:
Tu mundum mihi Corq;, Spiritumq;,
Da rectum Deus, & tibi placebo.

Daniel Herman Borussus.

AD DEVM OMNIPOTENTEM GRATIARVM ACTIO.

NVnc surge ô mea Mens: Anima ô mea surge, (Deiq;
In sublime vola calum: radiantiaq; astra
Reple laude Dei: nunc surge, & carmine dignas
Funde Deo grates: cujus clementia finem
Non habet. En orbem complevit Cynthia quintum,
Ex quo diversos afflicto in corpore morbos
Sustinui: exhaustis propè cunctis viribus eger:
Ulla nec in membris pars extitit integra sanis.
Scilicet ut toto peccata in corpore regnant,
Mensq; adversa Deo: Sic mutua prælia miscent
Viscera sese inter vitalia corpore in imo. (ptas
Nam quia ventriculi fract⁹ calor haud benè sum-
Escas digessit, jecor hinc quoq; fecit alentis
Sanguinis haud multum: Chylusq; impurior imas
Venit ubi ad partes, calidis à Renibus ustus,
Luthiasin peperit, vesicam obstruxit & ipsam.
At Renum adversa splen qui regione locatur,
Lætitiæ sedes, benè cùm valet: eger at idem
Tristitiæ fomes, cùm sanguine abundat adusto,
Vicinum inflatus Stomachū, Diaphragmaq; totū
Flatibus imple vit, cerebri qui summa petentes
Culmina, ubi ratio est hominis, similisq; Deo mens,
Turbavêre animum mœstum, noctisq; soporem,

Quid facerem? auxilium divinũ inquirere prima
Cura fuit, Medici auxilium fuit altera cura.
Lenia præmitto, quæ cruda incidere possint,
Et fluida efficere, Hippocrates ceu præcipit autor:
Talia iter sternunt humoribus eliciendis.
Hinc utor potu, qui bilem educat amaram:
(Bile laboravit nam primis corpus ab annis,
Atq; fuit variis mea vita obnoxia morbis,
Quos tamen auxilio divino atq; arte fugavi:)
Una parum effecit quoniam sed potio, sumo
Te quoq; mixturis Hamech confectio multis:
Posse etenim humores te novi pellere adustos.
At siquidem humores atri fuligine densa
Sursum exhalabant, Besoar lapis optimus ille,
Indorum in Capri Stomacho qui nascitur imo,
Attritus bibitur mihi parvo sumptus in haustu.
Pessima materies collecta, è corpore nondum
Ire tamen voluit: subter Diaphragma latere
Visus adhuc fomes mihi, qui de parte sinistra
Sæpè ciit flatum, quo Cor mihi triste micabat,
Principium vitæ Cor. Ergo protinus utor
Dulcis aquæ Labro duodenis manè diebus,
Fernelio monitore: Aperit ventremq;, porosq;
Corporis hoc Labrum, atq; emollit viscera cuncta.
Jam magis atq; magis Stomachi natura, resumptis
Viribus, incepit melius consumere sumpta.
Restabant flatus, qui circum tempora, & aures,

Mem-

Membranam feriendo intus, peperêre susurrum.
Quem neq; Syrupi Capitales tollere, Bolus
Nec potuit sumptus trahere alto à vertice, quanq̃
Insita vis illi pituitam & ducere crassam.
Defessus tandem medicamina plura reliqui,
Expendens propius graviores scilicet annos,
Maturumq; ævum. Undecimi confinia lustri
Namq; feré tango; potior pars estq; Caducæ
Acta mihi vitæ: taliq; ætate labascunt
Languidulæ vires hominis; roburq;, vigorq;,
Et naturalis sensim calor interit intus.
Cuncta tamen fovet ipse Deus, producere vitam
Ille potest solus: Solis cohibere volantes
Ceu potuit currus, jussitq; alta æquora stare.
Ille potens, Deus ille meus, me surgere fecit,
Et jussit meliora malis sperare peractis. {artus,
Hunc ego dum vivam, dum Spiritus hos reget
Laude canam merita, patrantem ingentia mundo
Passim miracla, & clementer cuncta foventem.
Hunc lauda ô mea Mens: vitalẽ luminis usum
Qui mihi concedit: qui Matris ab ubere raptum
Me puerum teneris hîc atq; hîc fovit ab annis.
Prussia Masoviæ vicino limite juncta,
Parvus ubi fundos humectat Nida paternos,
Me genuit puerum: prima hîc fundamina jeci
Artibus in doctis: te Mons hinc Regie adivi,
Bregela quem geminis opulentum cingit undis.

Inde Deo Duce sum longinquas missus in oras,
Musarũ sacra castra sequens. Qua spumifer Albis
Leucoream aggeribus vallatam praterit Vrbem,
Quaq; Argentinam Rhenus praterfluit, alta
Turris ubi summas attingit vertice nubes,
Idem Rauracis Basileam ubi transit in oris,
Et qua Danubio Ingolstadia cingitur amni,
Quaq; sita Austriaca sunt propugnacla Vienna,
Hic ego vixi olim Musarum cultor, & Aulæ
Cæsareæ addictus servus. Quòd mille pericla
Morborum evasi: per tot discrimina rerum
Quòdq; frequenta vi Regales sæpius Aulas,
Moschica quòd Regis Stephani sum castra secutus,
Hujus & obtinui in me signum insigne favoris,
Tum quod ago senior canos nunc molliter annos,
Perspicuoq; habeo faciles in carmine Musas,
Muneris omne Dei est: Deus hæc mihi contulit
Præsidium vitæ, & rebus solamen in arctis. (unus,
Hunc lauda ô mea Mens, cujus sub numine vi-
Omnia totius quæ machina continet orbis. (vunt
Hoc sine nemo perit: pilus hoc sine nec cadit ullus
Vertice de capitis. Vitali lumine cassi
Hoc mandante iterum surgunt, vitaq; fruuntur.
Membra potest solus putrefacta hic, aridaq; ossa
Extinctorum hominum vivis circumdare venis
Sanguinis, & carnẽ, & pellem superaddere fibris.
Quis putet? En nuper morbo vexatus acerbo,

Exte-

Extenuatus eram per totos corporis artus:
Laxaq; erat cutis, absumpta de carne, videbam
Junctura sola cute tectas: Osseq; ab imo, (vata,
Quod Sacrum appellant, femur & crura ægra ca-
Nunc tamẽ accrescũt rursum omnia mẽbra, calo-
Agnosco Stomachi meli⁹ quàm fuerat ante (rẽq;
Esca concoquere, & membris partire vigorem.
Quæq; prius cerebro fuerat speculatio dempta
Fumorum ascensu ex multo, magnoq; susurro,
Ecce mihi ingenii talis vis alta vicissim
Redditur, & repetit Phœbeam in pectore flammã.
Nuper & ut dextro pede fossum intrare sepulchrũ
Visus eram, at supra tumulum pede stare sinistro:
Semisepulta Deus sic membra retraxit in auras,
Longius atq; mea spe vitam ducere jussit.
Quos ego non memini juvenes florentibus annis
Atq; ætate pares mihi, forti occumbere in ævo?
Ipse autem fragiles qui gesto corporis artus,
Sospes adhuc vivo, jucunda vescor & aura.
Sic Deus infirmis operatur in artubus, omnem
Spem contra humanã, & Parcarũ numina contra.
Gratia Christe tibi: qui fracto in corpore vires
Sternis, & attollis rursum; tibi gratia Christe.
Da precor, ut possim numerum prænosse dierum,
Christe, meæ vitæ: sciat & mea mens homo quãdo
Non ero in immundo mundo amplius, hunc; re-
Meq; parem cælo: supraq; altissima dulce (linquã,

Astra

Astra tibi psallam carmen, quo Regia tota
Personet æthera, Angelicus quodq; audiat ordo.
Interea quodcunq; meos accedet ad annos,
Totum hoc, Christe, rege, ut discam tibi vivere soli,
Atq; mori discam in vera pietate fideq;.
Effice ut, extremi cùm venerit hora diei,
Hoc iterum surgam tibi corpore, cinctus & ista
Pelle mea, electos inter, te Judice, ponar,
Et capiam æternæ cælestia gaudia vitæ.
Utq; sibi effosso Pelicanus pectore, vitam
Sanguine vivifico pullis & morte sua dat:
Scitq; velut Phœnix senior se morte renasci,
Sponte sua quando supposito se cremat igni,
E cinere ut Phœnix oriatur Posthumus alter,
Præscius & mortis Cygnus ceu suæ via cantat:
Sic me morte tua, sic sanguine pasciti Christe,
Mortuus ut vivam, in cineremq; redacta vicissim
Mẽbra mea exurgãt redivivas posthuma in auras:
Utq; Olor, ante obitum mea sic mens dulcia cantet.
Quem Christus verus Pelicanus sanguine pascit,
Ille velut Phœnix & Cygnus finiet ævum.
Non equidem semper victurũ hîc, sed moriturũ
Me scio: si tamen est forsan tua sancta voluntas,
Magne Deus, jubeas duras mihi parcere Parcas,
Longius & pensum fugitivæ extendere vitæ,
Quò tibi, quoq; meis possim servire propinquis
Cõtra hostes, qui multa mihi clã damna precantur.

Cumq;

Cumq; ævi tandem fuero satur, effice Christe
Clementer, placidi ut moriar sub imagine somni,
Tela metus nulla experiar, nullumq; dolorem.
Quòd si fortè tibi visum, ut prior orbe recedam,
Et vitæ hîc socią, & mihi junctos sanguine linquã,
Sis Deus illorum Tutor: concordibus omnes
Fac vivant animis, & dulci pace fruantur.
Sat mihi velle tuum Deus est: tua sancta voluntas
Fiat: in hac ponit qui votũ, haud fallitur unquam.
Castra valete: valete fora: atq; negocia cuncta
Hactenus expertus quæ sum: juvat ultima tandem
Tempora tranquillo traducere suaviter ævo,
Inq; Deum solum cunctas defigere curas:
Concessiq; ævi reliquum sic ducere tempus,
Esse domo in Domini ut possim dum vita manebit,
Fas sit & interdum tractare negocia si qua
Sustineant validæ non fracto in corpore vires,
Interdum & liceat cultos invisere campos,
Semine & in terram tumulato exempla videre
Alterius vitæ, quæ terra exsurget, & alti
Summa petet cæli, atq; æterna luce fruetur:
Ut surgit semen, sic surget & altera vita:
Semen enim vitæ est præsens hæc vita futuræ.

SOLI DEO GLORIA.

Vorgehende Lateinische Danckſa-
gung in Deutſche Vers verfaſt.

Dem einigen Gott in der Dreifal-
tigkeit dedicirt.

MAn pflecht einen Patronum han/
So man was leſt in druck außgan/
Das durch die Dedication/
Der Autor auch bekom ſein lohn.
Du heilige Dreyfaltigkeit/
Meins Heyls Patrona biſt allzeit/
Dir meinen Danck ich dedicir:
O Reicher Gott was ſchenckſt du mir:
Biß mir gnedig / mein ſünden groß
Verzeih/ nim mich in deinem ſchoß/
(Wans zeit wird ſein) auß dieſer Welt:
Solch Gnad iſt mehr dan alles Gelt.
Vor einem Jar ich zweiffelt ſehr/
Ob ich noch würde leben mehr/
Schrieb in der ſchwacheit dies getichte/
Vnd kont es doch vollenden nicht.
Nam ich die feder in die handt/
So wolt nit folgen der Verſtandt/
Biß du Gott ſelbſt mein hand haſt gfüre/
Vnd mein Ingenium regirt.
Weil ichs nu hab vollendet gar/
Schenck ichs dir Gott zum Newen Jar:
Gieb du das ich dies New Jar leb
Ohn ſündn/ vnd dir nit wiederſtreb.
Dies Opffer ich dir gebe nu/
Vnd ein zerbrochens hertz dazu:
Schaff du ein rechten Geiſt in mir:
Vernewr mein hertz: ſo gfall ich dir.

Daniel Hermans.

Eine Danckſagung zu Gott
dem Allmechtigen.

STeh auff mein Seel: erheb dich hoch/
Ich bin wiedr gſund vnd lebe noch.
Erheb dich übr all Element/
Biß an des Himmels Firmament.
Erfüll die Stern mit deinem klang/
Sag Gott allein Lob/ ehr vnd danck.
Des groſſe Gnad kein ende hatt/
Die gantze Welt ſpürt ſein wolthat.
Sich/ fünff Mond ſind gegangen hin/
Das ich ſehr Kranck geweſen bin/
Kein krefft geſpürt ſind mehr in mir/
Ich hab kein gſundes glied ghabt ſchier.
Vnd wie die Sünd wiedr Gott ſehr ſtreit/
Ins Menſchen Leib zu jeder zeit/
Alſo ſtritten die gliedr eben/
Inwendig in meinem Leben.
Des Magens krafft die war zerſtört/
Da durch ward dan der Leber gwert/
Das ſie nit gutt Blut machen kundt:
Vnd was gieng auß des Magens ſchlund/
War von den hitzgen Niern gebrandt/
Das ſichs verkert ins Steines ſandt/
Da wurd verſtopfft der Blaſen ſtraß/
Vnd gab gros weh ohn vnderlaß.

Kegn Niern über zur lincken seit/
Die Miltz empfand gar grosses leid.
Sonst wan sie gsundt ist pflegt sie machn
Den Menschen frölich vnd viel lachn.
So bald sie aber wird gestawt/
Viel trawrigkeit als dan sie drawt.
Dieselb deß gantzen Magens gürt/
Mit jhrem blasen stets berürt.
Die dünst stiegen von vnden hoch/
Biß in das hirrn viel rauchs sich zoch.
Daselbst hatt die vernunfft jhrn sitz/
Vnd wird vergleicht Gottes antlitz.
Derselb sitz wuerd mir benommen/
Vnd kont lang kein schlaff bekommen.
Was solt ich machn? der nechst rath war
Gott bitten/vnd deß Artztes gwar.
Zum ersten braucht ich linde sachn/
Welche die *cruda* flüssig machn.
Hippocrates vermanen thut/
Das solchs sey im artzneyen gut.
Fort nam ich ein tranck der die gall
Möcht auß dem Leibe zihen all.
Dan von der Galln all mein Kranckheit
Sich habn erregt zu aller zeit.
Die ich offt hab hinweg gebracht/
Gott durch dein hülff/ vnd Artztes macht.
Weill abr ein tranck hatt wenig gthan/

Nam ich dich bittrer Hamech dan.
Da abr die schwartze dunst auffstiegn/
Vnd wolten kegn dem haubte kriegn/
Vom Stein Besoar nam ich ein/
Aus Indien komt der herein.
Im Magn eins Bocks in India/
Wechst ein solch grüner stein alda.
Die böß *humores* in dem Leib/
Solchs alles gleich wol nit zertreib.
Dan vnderm *Diaphragma* lag
Verstopffung viel/ ich hett groß plag.
Die lincke seit mir bebet offt/
Das hertz auch mit einr angst mir klopfft.
Fernelius gab mir den Rath/
Ich solt zu letzt im warmen Badt
Eins schlechten Wassers zwelff tag sitzn/
Jedoch lablicht/ ohn alles schwitzn.
Ich folgt den rath/ bald innerlich
All *viscera* öffneten sich.
Empfand im Magn besser frommen/
Dan was er pflegt zubekommen/
Das dawt er besser als zuuor/
Giebt auch nit also alls empor.
Das sausen vmb die Ohrn herumb
Verblieb noch mit viel vngestüm.
Die haubt Syrupen konten nit/
Auch kein *Bolus* mich machen quit

Des sausens / ob wol wird geacht/
Das solchs von obn hatt zihn die macht.
Endtlich bin ich gar müde wordn/
Vnd ließ bleiben der Artzney Ordn.
Bedacht mein zimlich grawe har/
Vnd meine vier vnd fünfftzig Jar.
Das mein meist zeit die wer dahin/
Was ich noch lebt / hatt ich zu gwin.
In solchen Jarn fengt ins gmein an
Die Krafft deß Menschen gmach zergan.
Jedoch verlengt Gott offt das lebn/
Vnd kan es lengr als man meint gebn.
Gleich wie er hies die Sonne stehn/
Vnd sein volck durch das Rot Meer gehn.
Das Meer zertheilt sich vnd stund hoch/
Biß Jsrael alda durch zoch.
Derselb Allmechtig Gott hatt mich
Auffstehen lassen gnediglich /
Vnd lenger lebn alls viel meinen/
Die meine grosse freund scheinen.
Denselben Gott im Himml oben/
Will ich / weil ich leb / stetz loben/
Der Wunder thut/vnd alls erhelt
Was lebt vnd schwebt in dieser Welt.
Den lob mein Seel / der hat mir gebn
Den Athem/ vnd mein gantzes lebn.
Von der Mutter brust hatt er mich

Gnommen / vnd erhalten reichlich.
Hin vnd wiedr in vielen Landen /
Da ich gewest bin ohn schanden.
Vnd bin den *Musis* nach gezogn /
Den bin ich stets gewest gewogn.
Des orts da Preussn mit Masaw bschleust
Jhr Grentzen/vnd die Neyde fleust/
Da bin ich gborn/der erste grund
Jn erster Schul ward mir hie gund.
Zu Königßberg ich darnach war/
Von dannen mich Gott gleitet gar/
Jn weite Landen/da ich wust/
Das die *Musæ* wonten mit lust.
Da die Elb bey Wittenberg fleust:
Vnd da der Reinstrom sich ergeust
Zu Straßburg/vnd den Thurn sicht an/
Des spitz die Wolcken rüren kan:
Da auch zu Basel sind zwo Stett/
Durch welche mitten der Rein geht:
Vnd da die Donaw Jngelstadt
Vorbey fleust/ vnd ein Festung hatt:
Zu Wien in Osterreich/vnd mehr/
Da ich gewest bin hin vnd her/
Hab ich erfaren grosse gunst/
Jn hohen Schulen/ vnd auch sunst
Ans Keysers Hoff. Das ich hab groß
Kranckheit erfarn / vnd viel anstoß/

Das ich durch viel gfar hab besucht
Königlich Höff / vnd viel versucht /
Das ich dem König Stephano /
Hab auffgewart spat vnd auch fro /
Im Krieg vnd Fried: das ich sein gnad
Kegn mir hab gspürt / vnd gros wolthat /
Mit vieler neid. Das ich auch nu
In meinem alter habe Ruh /
Vnd schreib ein leichtes *Carmen* fein /
Das ist alls Gottes gab allein /
Gott hatt mir solchs alles gegebn
Der ist mein Schutz vnd Trost im lebn.
Den lob mein Seel: dan in jhm lebt
Was in der gantzen Welt hie schwebt /
Ohn jhm komt niemand vmb: kein har
Von dem haubt ohn jhm felt fürwar.
Die Todten leben durch jhn wiedr
Wan er befihlt steht auff ein jedr.
Der kan verfault vnd trewge bein
Der Todten Menschn vmbgeben fein /
Mit Fleisch / mit Haut / mit Blut / mit Har /
Mit Adern das er lebn soll gar.
Wer wolt es glaubn? alß ich war Kranck
Mein fleisch am Leib mir gar versanck.
Die haut die hing / das fleisch zergieng /
Die knorren ich spitzig empfing.
Auch von dem Creutz heraber war

Das fleisch an füssen gschwunden gar.
Itzundt nimt der Leib wider zu /
Der Magen fengt auch besser nu
Zu dawen / als er zuuor thet /
Von jhm mehr krafft auch in Leib geht.
Vnd wie zuuor mir gnommen war /
Das speculirn im haubte gar /
Wegen des dunsts der stets auffstieg /
Vnd fürt im haubt oben ein Krieg /
Also wird mir itzt wieder bracht
Der voll verstand / das hertz mir lacht /
Vnd springt vmb die *præcordia*
Ein *flamma Phœbi enthea*.
Vnd wie mich dunckt / das ich nechst war /
Mit einem fuß getretten gar /
In ein gmacht grab / vnd stunde doch
Mit dem andern fuß oben noch /
So hatt Gott die halb Todt glieder
In die Lufft gezogen wider /
Vnd will das ich soll leuger Lebn
Als ich selbst mein / vnd viel danebn.
Wie viel gedenck ich junger Leut /
Die sich habn jhrer sterck gefrewt /
Vnd sind gestorben offt geschwind /
Als ob sie wern verweht vom Wind.
Ich aber der ich bin offt schwach /
Vnd hab im Leben viel vngmach /

Leb noch/vnd hab vberlebt viel/
Also ist mechtig Gottes will.
Im schwachen thut offt wircken Gott/
Vbr Menschn hoffen vnd vbr den Todt.
Danck hab/O Gott: du hast herniedr
Mein Krefft gestürtzt/ vnd dannoch wiedr
Mich auffgehebt: dir sag ich danck/
O Christe/mit diesem gesang.
Verleih das ich den Tag mag wissn
Wan ich mein Leben soll beschliessn.
Vnd mein gmüt wisse/ wan ich werd
Kein Mensch mehr sein auff dieser Erd.
Vnd werd verlassn die vnrein Welt/
Ein reine Seel Gott außerwelt.
Gib Gott/ das ich mich dazu schick/
Vnd fürchte dich all augenblick.
Dich hab für augen/vnd sey from/
Gedenck wie ich in Himmel kom/
Da ich vbr all Stern dir hoch sing
Ein schönen Psalm/ dauon erkling
Der gantze grosse Himmels Sal/
Vnd hören zu die Engel all.
In des so viel ich noch werd Jar
Belebn/ das wolstu Christe gar
Regirn. O Christ verleih ja mir
Das ich dir leb/vnd sterbe dir/
In Gottsfurcht/ vnd vertrawn auff dich/

So werd ich leben ewiglich.
Verleih/ wan komt der Jüngste tag/
Das ich auffsteh ohn alle klag/
Mit diesem Leib müg stehn vor dir/
Vnd habe diese haut an mir/
Werd durch dich Richter zugezelt/
Denen die dir sind außerwelt/
Vnd werd all Himlisch frewd empfangn/
Mein lebn wird da kein end erlangn.
Vnd wie ein *Pelican* auffreist
Sein Brust/ darauß die jungen speist
Mit seinem Blut: vnd will das lebn
Durch seinen Todt sein Kindern gebn/
Wie auch der alte *Phœnix* sich
Verbrennet selbst/ vnd weis gwißlich
Das aus der Aschen werden soll
Ein andrer *Phœnix* lebens voll/
Vnd wie ein Schwan gar lieblich singt/
Wan er schier mit dem Tode ringt/
Also verleih auch Christe mir/
Das ich festiglich glaube dir/
Das du dein Blut vergossen hast
Vor alle meiner Sünden last/
Ich bitt mit deinem Blut mich Trenck/
Vnd mir das ewig leben schenck.
Das durch den Todt tieff in der erd
Mein gbein vnd fleisch verzehret werd/

Vnd kom am Jüngsten tag herfür
Ein newes lebn mit grosser zier.
Vnd wie ein Schwan / also auch ich
Vor meinem end dir sing lieblich.
Den Christus ist ein *Pelican*/
Der stirbt wie *Phœnix* vnd ein Schwan.
Ich hab mich allzeit des begebn/
Das ich nit ewig hie kan lebn.
Jedoch bitt ich du starcker Gott /
Ist es dein will / spar mir den Todt
Ein zeitlang noch / so lang dirs gfelt/
Das ich dir diene in der Welt /
Meinm nechsten auch wiedr alle feindt/
Die mir heimlich vngünstig seindt.
Vnd wan ich werd der Welt gar sat/
So schick mir zu des Todes gnad /
Das ich wie in ein Schlaff sanfft fall/
Kein furcht / kein pein hab vberall.
Herr / wie du es wilt machn mit mir/
Jtzt odr hernach / so bfehl ich dir
Mein Weib vnd Blutfreund: steh jhn bey/
Jm Fried dein Segn jhnen verley.
Wer alls in Gottes willen stelt /
Derselb thut wol / vnd recht behelt.
Fart hin jhr Krieg / fart hin jhr Recht/
Jch hab viel gschefft ghabt wie ein Knecht.
Mir gfelt meins Lebens letzte zeit

Zu führn in guter ruhsamkeit /
Vnd legn all sorg auff Gott allein/
Das vbrig lebn so füren fein /
Das ich vor allem Gottes Hauß
Müg bsuchen vnd nit bleiben auß/
Darnach verrichte was ich kan/
Die Jar vnd schwacheit komt heran.
Bißweilen will ich dienen gern /
Jedoch mein krefftc nit beschwern:
Bißweilen will ich in dem Feld
Spaciern / vnd Gottes schön Gemeld
Jn dem gepflügten Acker sehn /
Die Sat ins Erdtrich lassen gehn/
Daraus ein vorbild wird gnommen
Das soll ein ander Lebn kommen.
Aus dieser Erdn in Himmel gehn/
Vnd nach dem ewgen Leben stehn/
Gleich wie die Sat geht hoch herfür/
So geht des andern Lebens zier.
Dan dieses Lebn ist ein Samen
Des künfftgen Lebns: Hilff Gott: Amen.

Gott allein die Ehr.

DANIEL HERMAN: BORVSS.
sic me ipsum consolabar Mense
Martio Anno 1594 Rigæ.